



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimæ, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Dominica 2. Quadragesimæ De Transfiguratione Domini. Hæc inter alias
ex colloquio Domini cum Moyse & Elia de exceßu, quem completurus erat
in Ierusalem, fusiùs exponitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

DOMINICA II.
 QVADRAGESIMÆ.
 DE TRANSFIGVRATIONE
 DOMINI.

Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem Fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.

Matth. 17

Cur tam diu distulerit Dominus sic transfigurari: cur ante tam paucos transfiguratus est: cur ante hos tres præsertim, non ante alios; Abnegationis nostræ est, revereri potius quidquid est factum, quam cur ita sit, velle discutere:

Nihil est, autem, in Abnegatione rationabilius, quàm quod in illa videtur minus rationabile.

Habetur hæc Veritas in 4. parte, Feria 4. hebdomada decima quinta.

ET resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.

Hæc sunt videlicet insignia Beatæ animæ; sic nos aliquando beati, sic aliquando similes ei erimus: sic Ille reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Quam ut spem & expectationem in nobis excitaret, sic apparere, sic resplendere voluit. De hac autem spe & cœlesti desiderio, tota est Ascensionis Domini hebdomada, in hac 2. parte, singulis feriis, ac præsertim Sabato, cuius est hæc Veritas:

Spes cœli, cœlum est.

ET ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes.

Cur illi duo Prophetæ præ cæteris? Hæc inter alias ratio redditur, quod illi vehementer

tius Deum seu Christum videre desideraverint: Vide Exodi 33 & 3. Reg 19. Sic se his Christus, qui se magis desiderant, magis communicat, unde si tam rara est familiaris eius communicatio, non aliunde est, quàm quod rari sunt, qui se ad illam veris desideriis ex divina conceptis gratia paratos velint. Hoc ceterò mirum!

Vix ullus est, qui non se verè putet desiderare Christum:

Et vix ullus est, qui Eum verè desideret:

In 1. parte, Feria 5. prima Adventus hebdomada.

RESPONDENS autem Petrus dixit ad Iesum, Domine bonum est nobis hic esse; si vis, faciamus hic tria tabernacula, Tibi unum, Moysi unum, & Elia unum. Addit sanctus Marcus: Non enim sciebat quid diceret.

Si nec in ipso cœlesti gustu sistendum est, longè minus in sensuali.

In 4. parte, Feria 5. hebdomada decima quinta.

Quò etiam spectare possunt hæc duæ Veritates.

Beatius est magis carere omni sensibili consolatione, quàm ea abundare.

In hac 2. parte, Feria 4. hebdomada Sancta.

§i

Si quid interdum sensibus licite indulgetur, non ut sensuale est, sed ut est licitum, accipiendum est.

In 1. parte, Feria 5. hebdomada 5. post Epiphaniam.

Et ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, In quo mihi bene complacui, ipsum audite.

Nullus est Christianus, qui non credat Christum esse filium Dei: Et vix est ullus Christianus, qui hoc verè credat.

Stupenda hæc Veritas sapius incalcanda. Declaratur in 3. parte.

In Festo Transfigurationis, sexto Augusti.

ET descendentibus illis de monte præcepit eis Jesus dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.

Humilitati cuendæ tutius est, vix de se quam vel humiliter loqui.

In hac 2. parte, Sabbato hebdomada 1. post Octavam Pasche.

Hæc sunt, quæ aliunde huc transferri possunt, & fructuosè sigillatim considerari. Sed quemadmodum in solemnioribus regni Comitibus, quid potissimum pertractetur, inquitur; Ita in singulari hoc Conventu, ubi ex omni pene hominum statu, adsunt Viri delecti cum Christo Domino; quid simul tractent, quid conferant, quid loquantur, hoc imprimis videtur exquirendum & perpendendum. Sic autem sanctus Lucas refert:

Luc. 9. Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.

Id est, saluiferam Passionem, ait sanctus Cyrillus. Quod certè mirum, cum hæc duo Mysteria tantopere diversa sint, atque inter se discrepantia. Sed propterea sic sapienter à Domino factum est istud, ut inde MODERATIONEM ANIMI, quæ non minus rara est inter homines, quam illis est necessaria disceremus. Sic itaque miruam, quæ inter utrumque Mysterium interest, oppositionem spectare convenit, ut quæ inde praxis ad illam Moderationem in quocunque statu, prospero vel adverso retinendam, elicitur; vel maximè perpendamus. Quem in finem, hæc visa est magis opportuna VERITAS PRACTICA quæ ad alias adjiceretur, & singulari studio pensaretur:

Haynesius Pars 2.

In die bona nisi memores mala, non erit dies bona.

Et in die mala si memores bona, non erit dies mala.

RATIO EST, Quia diem esse bonam aut malam non aliter conseri debet, quam si dies in profectum animi, vel defectum cadat.

Sed non aliter dies in profectum aut defectum cadet, quam si in die bona memores mala: aut in die mala memores bona.

Ergo nec aliter erit dies bona vel mala. Ac proinde ex sapientis consilio & ex mplo Christi Domini, In die bonorum ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum.

Ecclesi. 11.

I. P U N C T U M.

CUM opposita juxta se posita magis elucescant; erit operæ pretium hic ante omnia sic inter se conferre duo illa Sacra Mysteria Transfigurationis & Passionis Christi Domini, ut, quæ apparebit evidens oppositio, lucem & splendorem utrique auget. Primum igitur expendere oppositionem.

De Transfiguratione dicitur, Resplenduit Math. 17. facies eius sicut sol, & vestitus eius albus & resplendens; & qui cum eo erant, evigilantes viderunt maiestatem eius: De Passione verò, Non Mare. 9. est ei species neque decor, quoniam absconditus est Luc. 9. vultus eius & de spectus, unde nec reputavimus eum. In Transfiguratione, sic Pater auditur 1s. 53.

de Filio, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; In Passione verò sic Filius auditur de Patre, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? In Transfiguratione resplendet medius inter duos insigniores Prophetas, qui & ipsi videntur in maiestate; In Passione verò medius inter duos latrones, qui crucifixi sunt cum eo. In Transfiguratione, Bonum est nos hic esse, clamant Apostoli; In Passione verò omnes eo relicto sugerunt. In Transfiguratione beatitudo animæ redundat in corpus & vestimenta; In Passione tormenta corporis in ipsam resluunt animam; & quoad partem inferiorem, omni privant solatio.

DEINDE verò quantum à se invicem elucescant, intueri; Transfigurationi quidem confert Passio, quòd in illa nihil nisi de morte Christi agatur: Quæ res omnium, quæ tractari possent, cum sit gravissima, nò medio-

etcia

crem Myſterio dignitatem affert. Paſſioni autem Transfiguratio multum deſervit, quia ex Transfiguratione magis apparet, quantum honoris & beatitudinis Chriſtus Dominus ſibi detraxerit, ut pati poſſet: niſi enim ſplendorem illum retinuiſſet, ut corpus ſuum paſſibile redderet, ſic ſemper & ubique fulgere poterat ut in monte Thabor. O quam diverſi ſunt ſenſus Chriſti & hominum! conqui- runt undiq; homines ſubſidia corpori ne pa- riam lætis, tam triſtia: tam iucundis tam a-

Luc. 23.

rata immitcentur: Ut ſcilicet, *In die bonorum non ſit immemor malorum*; ſicut in Cruce de Paradifo loquitur cum latrone, *ne in die malorum ſit immemor bonorum*. O præclarum documentum ad æqualitatem animi in tanta rerum varietate conſervandam! Non egebat quidem Chriſtus hac cautione, ut ſe in ea contineret, cum non eſſet mutabilitati & inconſtantia ſubjectus ſicut cæteri homines; ſed cum eſſet noſtrum Exemplar, ſic nos efformare voluit, ut à bonis & malis eventibus cave- remus. Non eſt autem aptior cavendi modus, quam ſi in die bonorum non ſimul immemores malorum; nec in die malorum oblivifcimus bona. Neque ad hanc memoriam exci- tandam videtur aliquid fore opportunius, quam ſi id plenè perſuaſum habuerimus, quod hic proponitur, diem bonorum non eſſe alioquin bonam diem, niſi ſimul mala memorentur: aut diem malorum non eſſe malam, ſi bona pariter memorentur.

Sic autem facile perſuadetur Chriſtiano, qui nihil in bonis aut malis ducere debet, quam quod in proſectum animi vel defectum cadit; ſeu quod idem eſt, nihil bonum homini, niſi quo verè bonus & beatus eſt; nihil verè malum, niſi quo malus & miſer efficitur in omnem æternitatem: Hoc eſt enim unum neceſſarium, cui quantum proſunt aut obſunt cætera, tantum verè bona vel mala ſunt. *Quid enim proficit homo, ſi lucretur univerſum mundum, ſe autem perdat, & detrimentum ſui faciat?* Hæc omnia ſanctis in bona, inquit Sapiens, ſic & impiis & peccatoribus in mala convertentur. Cui conformiter Apoſtolus, *Omnia magna mundi, conquinatis autem & in-*

Luc. 9.

Eccleſi. 39.

Tit. 1.

ſidelibus nihil eſt mundum; quaſi dicerent; In tantum quolibet bona vel mala ſunt, in quantum his homo bene vel malè utitur; In quantum bonus vel malus ex eorum uſu efficitur. O ſi hac horâ, ſi hac conſideratione bene uteris, quam tibi bona eſſet!

II. PUNCTUM.

SED non aliter dies in proſectum tuum ſpiritualem aut defectum cadet, quam ſi in die bonorum memores mala, aut in die malorum memores bona.

Tria hic diſtinctè revolvenda: Primum eſt, diem bonam ſive bonorum dici, quando eveniunt, quæ proſpera dicuntur, diem autem malam aut malorum, quando quæ adverſa putantur, incidunt. Secundò tunc eſſe proſectum ſpiritualem, quando animus in proſperis aut adverſis ſe ira continet, ut neque nimis exulcet & efferatur, nec nimis ſe abiciat & deprimatur; ſed æquâ lance omnia perpendendo, unum in omnibus ſpectet Deum. E contra verò tunc eſſe defectum, quando in alterutrum horum extremorum animus rapitur. *In quantam tribulationem deveni, & in quos fluctus triſtitia, qui iucundus eram & dilectus in poteſtate mea.*

Tertiò denique non aliter melius animum contineri in proſperis aut adverſis, quam recordatione contrariorum: Sic enim continetur, ne ſe totum dedat lætitiæ vel triſtitia, quod eſt unicum medium evitandi exceſſus, & peccati cujuſlibet in alterutro fortunæ ſtatis aut reſtantis ſtatu; Quod fuſè & egregiè ſanctus Gregorius docet, in illa verba Job, *qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura.*

Sicut enim propterea excedit animus gaudente vel mœrèndo, quia in occasione gaudij vel mœroris totum ſe abiciit in illos affectus inordinatos, nullamque aliam ſuſcipit cogitationem quam eis conformem & agnam, ſic planè ſi revocetur ab illo æſtu & impetu, in quem ſe totum rapi ſinit, remedium malo afferetur. Revocatur autem per memoriam & repræſentationem bonorum in die malorum, ut è contra: ſic enim animus inordinatus diverſa cogitando dividitur, & diſſiſus facillimè temperatur, ad eamque moderationem redit, in qua virtus eſt poſita. *Qui enim quantum vis lætus & gaudens, ſi extre-*

Job. 28.
L. 19. Mor.
c. 5. & 6.

18
16.
Idem Sapiens, paupertatis in die abundantia, & necessitatum paupertatis in die divitiarum. Itane meministi? Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua. O cum infausta, & in fugifera recordatio, sed modò utilis & opportuna!

III. PUNCTUM.

In die igitur bona nisi memores mala, non erit dies bona: & in die mala, si memores bona, non erit dies mala; Quia videlicet non est bona nec mala dies, nisi cum inde boni aut mali sumus, nisi cum inde meliores aut peiores evadimus: Vix autem possumus esse meliores in die bonorum, nisi adversa memoremus, quibus animus à nimia effusione contineatur, & in virtute subsistat: neque etiam peiores in die malorum, si bona quaedam & prospera revocentur in mentem, quibus ipsa mens sustentetur, ne in extremam ruat tristitiam, & inordinatos alios motus; ac proinde sicut iam supra visum est, sic utrumque semper est temperandum, ut nec pura prosperitas, nec mera obversetur adversitas.

Videte itaque, inquit Apostolus, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei; quasi dicat, in hoc apparebit Sapiens ab Insipiente, si cautè & prudenter ambulet: tunc verò cautè ambulare

consequitur, si ex quotidianis eventibus proficiat, cum alioquin dies mali sint, nisi sic proficiat, ac denique ut sic fructuosè proficiat, attendat necesse est ad divinam Providentiam & voluntatem, quæ sic spectari debet in adversis & in prosperis, ut adversa omnia velimus, quia sic Deus illa vult, nec ulla velimus prospera, nisi quia sic ille vult. Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus. Sicque vicissim sentiendum & dicendum: si mala suscepimus de manu Dei, bona quare non suscipiamus? Ubi tamen adverte, quod quanto facilius est de bonis dicere, quod ea de manu Dei suscepimus, tanto difficilius est id verè sentire: Cum enim naturali affectu erga bona propendamus, vix illum affectum ita purgamus ut non magis bona diligamus, quia nobis bona sunt, quàm quia Deus illa vult. Quamobrem in id præcipuè vigilandū; sicut Domino placuit, ita factum est. SICUT fuerit voluntas in caelo, sic fiat. Vide in 1. parte diè 9. 10. 11. & 12. Januarij.

Si quid porro desideres amplius huius universim confirmandæ Veritati, recole historiã, quæ à Taulero refertur de homine mendico, cui cum Theologus quidam præcicaretur prosperum diem, respondit se nullam unquam adversam habuisse, cum à Deo cuncta se accipere semper cogitaret: qua de re fusissimum inter eos habitum est colloquium. Refert & Cornelius à lapide in caput 2. ad Romanos.

Videri etiam potest Dominica 4. post Pentecosten in 3. parte. Ubi hæc habetur Veritas.

Nisi te humilies in prosperis, prospera te humiliabunt.

HAC HEBDOMADE, Quidquid in Olivarum horto, dum capitur à Judæis Dominus, gestum aut dictum fuit, recensetur.

FERIA SECUNDA.
DISCIPVLIS A SOMNO
Excitatis, appropinquantem Passionis horam
& traditorem Christus denuntiat.

Ecce appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum: surgite, eamus, ecce appropinquavit, qui me tradet. Matth. 26.

VERITAS PRACTICA.

Si dum adest occasio, virtus abest: vix unquam virtus aderit.

SENSVS est, quod vix ulla securitas virtutis unquam exercenda, nisi dum se offert occasio, exerceatur.

RATIO est, quia non est securitas virtutis exercenda, nisi exerceatur, quando vult Deus.

Sed nisi semper exerceatur, quando sese offert occasio, vix dici poterit, quod unquam exerceatur, quando velit Deus.

Ergo nec est securitas virtutis unquam exercenda, nisi dum se offert occasio, exerceatur.

I. PUNCTUM.

Dum internos illos dolores, de quibus dictum est, patiebatur animo Christus, Iudæi, duce Iuda proditore, parabant illi externos, quibus ejus cruciarent corpus. En Conscripti milites, & turba ex omni hominum genere conflata, jam jam in montem atque ipsum hortum, ubi orabat Dominus, ad ipsum capiendum armata venit. Ecce, inquit Evangelista, ecce Iudas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fistibus, missi à principibus sacerdotum, & senioribus populi. Qui autem tradidit eum dedit eis signum dicens, quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite eum.

Proh qualis discipulus! qualis sermocinatio! qualis exercitus contra Dominum exercituum! Hos omnes Christus videbat adventantes, audiebat colloquentes, & sentiebat intestinis odiis in se furentes. Quamobrem iterum adit discipulos etiam nunc dormientes, quibus excitatis, Ecce, inquit, appropinquavit hora, quasi diceret, jam non est retro cecidendum, jam non est locus miraculis illis, quibus per medios hostes & milites tutus incedebam, aut quibus ipsi ad me capiendum missi, re infecta discedebant, quia nondum venerat hora mea, sed ecce jam modò venit, modò capiendus sum, modò tradendus sum: ecce appropinquavit qui me tradet.

Aprissimus certè ad virtutem exercendam stimulus, ut cum sese offert occasio, nunquam recusetur. Tunc enim natura depravata solet refugere vel cunctari, & conquirere rationes

differendi bonum opus. Sed contrà, hoc stimulo acuatur: Aut nunquam exercenda est Virtus, aut modo est exercenda. Vix enim bona mens in id consentiet, ut nunquam virtutem exerceat, unde si persuasum id habet, aut modò, aut nunquam: certè cum gratia stimula-bitur.

Ratio autem, quæ id persuadet, hæc est, quod si quæ sit securitas & certitudo in hac vita, virtutis exercita: vel exercenda, in eo maximè est, ut intelligatur ita tunc Deum velle à nobis: nam sicut quando cognoscitur ejus Voluntas, tunc certus quisvis esse potest, quod sit tempus virtutis exercenda: sic nisi cognoscatur ejus voluntas, dubitare quisvis potest utrum eam exercere debeat, utrum quod agit, sit vera virtus aut ficta, ex amore proprio vel aliquo humano motu aut etiam diabolico inducatur. Quanta enim sunt hujus infensissimi hostis circumventiones? quæ certè eo pejores sunt, quò rectiores & magis occultæ; eo verò magis occultæ, quo prætextum pietatis & virtutis præ se ferunt, unde Apostolus, 2. Cor. 11. *Ut non circumveniamur à satana, non enim ignoramus cogitationes eius.*

Hinc ergo manifestè sequitur, tantam fore securitatem veræ virtutis exercita:, quanta fuerit certitudo divinæ voluntatis pro ea exercenda. Non enim omnis affectio, ut ait optimè Gerlon, quæ videtur bona, statim est sequenda, sed neque omnis contraria affectio ad primum suscipienda. Vide integrum caput, ubi hæc inter alia Dominus à se discenda monet, *ut desiderium tuum, inquit, ponas totaliter secundum beneplacitum meum. Et tui ipsius amator non sis, sed mea voluntatis cupidus amulator. Quid respondes?*

II. PUNCTUM.

SED nisi semper exerceatur virtus, quando sese offert occasio, vix dici poterit, quod unquam exerceatur, quando velit Deus.

Dic enim, quando nam paras, illam exercebis? cum tibi scilicet placuerit? at credisne tum ita placiturum Deo? Non vereris, ne quod ex electione tua est, id ex amore proprio sit, cum præcipuè neglexeris, quod certò sciebas ex voluntate seu Providentia Dei esse? Non vereris, quod ait sanctus Bernardus, *grande Sermon. 71. malum voluntas propria, qua fit, ut bona tua tibi in Canticis bona non sint?* Si tibi à Superiore vel Directore ca-

res aliqua consulta esset, tu verò, illà neglectà vel posthabitâ, nonnihil aliud agitates ex ductu tuo, nonne tibi suspectus esset ille ductus tuus, quem sic præferes Directoris iudicio? Cur porro non idem iudicas de iis virtutum actibus, quos exercere te putas ex electione tua, si illos compares cum exercendis in occasione, ubi se Deus manifestè indicat, & ubi à te toties quodammodo posthabetur, quoties occasione neglecta remittis exercitium in aliud tempus, quod tibi videbitur opportunius?

tutem exercebis; cum in una Dei voluntate sit posita certitudo, qualis quidem in hac haberi vita potest, neque aliud divinæ voluntatis indicium sit clarius, quàm dum se se offert virtutis occasio; Quidquid de futuro tibi promittis, nimis incertum est, ut ibi figas virtutem; nam præterquam quod neque diem neque gratiam tibi certò polliceri potes, de ipsa tua etiam voluntate, si quid tibi promittis, præsumptio est potius & virtutis quædã simulatio, quam bona voluntas; si enim esset bona voluntas, esset conformis divinæ, esset efficax & cooperatrix gratiæ, quæ se se offert, unde illud Propheta: *Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos: expectabitur lucem, & ponet eam in umbram mortis, & in caliginem.* Formidanda sanè verba.

1. Cor. 6. Sed quis tum promisit gratiam? cum potius nihil in Scripturis crebrius repetatur quam si negligatur occasio & tēpus, iactura fiat gratiæ, quæ se se cum occasione præsentis offerrebat? *Adjuvantes exhortamur,* inquit Apostolus, *non in vacuum gratiam Dei recipiatis, aut enim tempore accepto exaudi vo te, & in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis;* Et licet alia similis posset occurrere occasio: hoc ipsum tamen, quod differtur & quod præfens, futuro præfers ex arbitrio tuo magis quam ex nutu Dei, nonne indicat te magis velle facere voluntatem tuam quam divinam? Quod & verat Sapiens, *Ne dicas amico tuo, vade & revertere, cras dabo tibi cum statim possis dare;* quanto magis id vetitum, ne sic cum Deo agas? Velle sine sic tecum Deus ageret, quando in necessitate tua rogas illum, ut in adiutorium tuum intendat, ut festinet, ut ne tardet? O te inconsultum! vis Deum tibi statim adesse cum illum rogas, & cum te ille rogat seu cum tibi adest, tu illum differis & repellis! *Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentem, & aures suas aggravaverunt, ne audirent. Verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicent, surge & libera nos. Potestne aliquid iniquius cogitari?*

Et certè qui modo differt in aliud tempus, æquè proferet illud tempus in aliud atque aliud sine modo, sicut jam differt; qua enim difficultate, si quæ talis est, modò impeditur, eadem & retardabitur semper, imò & graviori ut supra ostensum est; aut si quæ alias ratio appareat virtutis exercendæ, cum non sit melior neque nobilior, quam quæ ex divina voluntate petitur, *Quid adhuc queritur,* inquit Apostolus? *voluntati enim eius quis resistit?* quis nisi fatuus, arrogans, impius? Sic itaque semper in occursum virtutis: *Ecce nunc hora;* aut modo aut nunquam. Itane verò nunquam virtutem exerceam? ergo modò. Et jam modò vide quid occurrat; atque hoc ipsum propositum virtutis cuiuslibet sic deinceps exercendæ, firmiter statue in Domino; *Iuravi & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.* Certa est alioquin Veritas:

Quo longius differis, difficultatem difficilius tolles.
Vide in 1. parte, Feria 2. hebdomada.

III. P U N C T U M.

SI dum ergo adest virtutis occasio, virtus abest, vix unquam aderit, vix unquam certò vir-

PRO EADEM FERIA QVADRAGESIMALI.

Ad Evangelium, In peccato vestro moriemini. Ioan. 8.

VERITAS PRACTICA.

In 4. parte, Feria 5. hebdomadae decimae nonae, & ubicunque de Mundo, de rara poenitentia, & de paucis salvandis.

Illa mundanis praecipue formidanda sententia: In peccato vestro moriemini.

FERIA TERTIA.

SVAVITAS ET MANSVETUDO

Domini IESU, proditorem suum

alloquentis.

Amice, ad quid venisti? Matth. 26.

Iuda, osculo filium hominis tradis! Luc. 22.

VERITAS PRACTICA.

Quod quis est mitior, eo est generosior.

RATIO EST, Quia quod quis est magis compos & sui potens, eo est generosior.

Sed quod quis est mitior, est magis sui potens.

Ergo & generosior, quod tamen vix crederetur.

I. PUNCTUM.

Nunquam defuerunt Christo Domino Inimici, neque his unquam defuit mala voluntas ejus perdendi; sed ad hanc usque horam nullus fuerat ausus Eum tangere, quia videlicet, nondum venerat hora eius; At ecce modò nunc hora, ecce primus omnium Judas simulato amici osculo non veretur eum infami ore contingere, & faciem illam tremendam Angelis atrectare scelestis suis labiis! Paucis hæc Evangelistæ, sed emphaticis Verbis. *Et qui vocabatur Iudas, unus de duodecim antecedebat eos; & confestim accedens ad Iesum, dixit, Ave Rabbi, & osculatus est eum.*

Joan. 7.

Luc. 22.

Matth. 26.

Credibile est, ad hos amplexus cohortuisse sacrum Christi Domini corpus; & ad hanc primam plagam, sanctissimum eius vultum sic erubuisse, ut licet non fuerit admodum violenta plaga, fuerit tamen valde sensibilis Illi, qui pectus amarulentam osculantis cernebat, & in medio pectore Satanam inhabitantem, atque in se per discipulum suum irruentem. Sic enim dictum est, quod introivit in eum

Satanas. Mirum, quin terra de hiscens abforbuerit hominem, aut cælum fulgurans non consumpserit! sed erat nobis edendum suavitatis & generositatis exemplum! Admirare, Audi, Vide quâ gratiâ, quâ beniguitate, quibus verbis injuriam Christus ulciscitur; Amice, inquit, ad quid venisti? Hoc erat verbum omni telo acutius, hic sermo penetrabilior omni gladio accipiti, ad proditoris pectus confodiendum & conscientiam sceleris excitandam, nisi contra obduruisset.

Vide enim & expède, ut proponit illi quaestionem, Ad quid venisti, cui erubescat respondere, & pudore confusus redeat in animum & respiscat; sic enim respondere debuisset, Venio te traditurus, quod certè si cogitasset & attendisset, tam forte salubrius eum poenituisset quàm postea. Tum verò compellans Christus Traditorem proprio nomine, addit; Iuda, osculo filium hominis tradis! Quasi ipse Dominus responderet suæ quaestioni, quasi diceret, quod ille miser non audebat; Ad hoc scilicet tu venisti, ut me tradas! Sed attende quid facias! Nonne vel hoc infame Traditoris nomen te commoveret: Tu Iuda traditor! tu ex Discipulo ego, satelles Satanæ! ex Apostolo Apostata, ex primis omnium nimis honorandis amicis, execrabilis omnium, qui extiterint, hominum! Hoc expende Iuda, redi in te ipsum, ad quid venisti! si data est & accepta pecunia, ut me venderes, en me tuum; habes quem quaeris; sed cum ego te, jam cariore pretio velim redimere, ne te ipsum perdas; Redi ad me redimendus, sicut ego me ipsum

Hebr. 4.

Ep. 8.

Luc. 1.

sum tibi sine vendendum. De me nihil queror, nihil satago; moriendum mihi, sed cum tibi mea morte vitam & salutem restitutam, vide ne te perdas hoc ipso tempore, quo te atque omnes homines salvos volo.

In 1. par-
te, Dom.
4. post
Epph.

Hæc & alia recogitans, vide nùm sic aliquando tecum suaviter & fortiter ad respiciendum Christus egerit? Vide quæ tuæ fuerint simulatæ Confessiones, quæ ficta oscula in Communionibus; quanta Christi benignitas, qualis tua in adversarios, & in adversis, quanta vis & fortitudo mansuetudinis; quantum addat ad generositatem, si modò ex virtute, nõ ex naturali quadam indole proficiscatur, quàm illud denique verum sit, *Quò quis est mitior, eò est generosior*, seu fortior & constantior in adversis vel sustinendis vel aggrediendis. Nam id cõstat apud omnes, unumquemque eò esse generosior, quò est magis sui compos & potens animi. Nemo enim læditur nisi à seipso: neque aliter seipsum quis lædit, ut supra visum est, nisi quia se animo turbati sunt, & tùm velut amisso rationis clavo, quacunque eum ferunt: volunt adversi turbines, miserè raptur: animus verò sibi præsens & sui potens adversa quodammodo cecurat, & is ad nutum utitur velut cecuris animantibus. Sic de suo Sapiente Seneca, *Certi sunt domitores ferarum, qui se visima animalia cogant pati sub jugum, nec asperitatem excussisse contenti, usque in consubernium mitigant. Leonibus magister manum infertat: osculatur tygrum suis custos. Elephantem aethiops jubet subdere in genua. Sic sapiens est artifex domandi mala, dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, ubique horrenda, cum ad hunc pervenere, mansueti sunt.*

Ep. 86.

Luc. 12.

At quantò magis hæc vera sunt de vero Sapiente, qualis esse debet omnis Christianus, & qualem instruit Christus Dominus in cujus paucis verbis ad amicos suos plus est ne terreatur, quam in cunctis inimicis ne ipsos terreat: *Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus: & post hæc non habent amplius, quid faciant.* Vide in 3. parte, Fectia 6. hebdomadæ 10.

II. PUNCTUM.

SED quò quis est mitior, eò magis est sui potens.

Sic enim Sancti omnes Patres mansuetu-

dinem definiunt, quæ perturbationes animi sedet, & animū sibi conservet, hæc est patientia, in qua anima possidetur, hæc est terra quæ possident mites, animus scilicet & corpus, quod nunc est terra mortuorū, ut ait sanctus Chrysostomus, tunc autem terra vivorum. *Mansueti vel mites sunt*, inquit Clemens Alexandrinus, *qui insidam, qua est in anima, pugnam sedaverunt ira, & cupiditatis, & eorum qua sub eas cadunt.* Sic vero sanctus Basilius: *qui sedatis sunt & compositis moribus, nempe ab omni affectu vitioso liberi, adeo ut nullū in animabus suis perturbationi reliquerint locum, hi demum mansueti appellantur.* Sanctus denique Ambrosius, *Qui sunt mansueti, nisi quos nullus stimulus dissensionis exagitat, non ira perturbat, non servitia exasperat, non rabies crudelitatis inflammat: hoc videlicet est, quod Christus Dominus vult à se disci, cum dixit, di, cite à me, quia mitis sum & humilis corde;* id est, sedationem animi, & eo maxime tempore exercendam & demonstrandam, quo periculum est præsentis iræ & perturbationis. Qualis tùm animus tuus? non enim ex sensu, quem modò habes, sic de mansuetudine tua judicare debes, sed ex statu & compositione animi, quam sentis in adversis, prout ei consentis vel resistis. Hinc aptè Sapiens: *secundum ligna sylva sic ignis exardescit, & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secundum substantiā suam exaltabit iram suam.* Id est, quantum uniuscujusque interest in re aliqua, tantum propterea commoveretur; aut certe tùm indicat se tranquillum esse & sedatum, quando non commoveretur, cum sua multum interesse videret.

Luc. 21.

Matth. 5.

4. Strom.

In Ps. 33.

Matth. 11.

Eccles. 28.

III. PUNCTUM.

*Q*uò quis ergo est mitior, eò est generosior, cum sit magis sui potens & præsens, in qua animi præsentia & potentia tota vis generositatis est sita. *Locum tuum ne dimiseris*, inquit Sapiens: *Locus tuus est Ratio*, inquit sanctus Ambrosius. Atque hic vide, quam longè fallantur ii, qui sibi nomen fortitudinis arrogat, cum iræ & vindictæ cedunt; nihil illis est imbecillius; sicut ebrium, dormientem, aut impotens rationis vel levissimo dejicias ictu; sic illos perturbatos, casus vel levissimus adversitatis abjiciat. Stat verò contra gravissimos quosque turbines, immobilis & imperturbatus Miris, quia nihil est mali

Eccles. 10.

in ad-

in adversis nisi perturbatio, qua inde animus agitur, & qua mitis se liberat, dum se tam mitem præstat in occurſu ad verſitatū, quam se præſtandum novit in meditatione vel lectione, dum se ad illas comparat. *Paratus sum* Ps. 118. *& non sum turbatus.* QVAſI leo confidens absque errore erit. Quid Moyſe mitius, de quo Num. 12. Scriptura refert, quod erat *Moyſes vir mitiſſimus super omnes homines, qui morabantur in terra*: Et quis eo generoſior, qui annos quadraginta totos, duxit exercitum plusquam sexcentorum millium, per maria, per deſerta, per inſua, per quidquid horrorem poteſt incutere, & cum etiam *centum & triginti annorum eſſet, quando mortuus eſt: non caligavit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt*; Quæ Scripturæ Verba nō tantum referas ad firmam corporis ejus valetudinem, ſed ad conſtantem ejus animi moderationem & æquitatem, quam nulla unquam iræ caligo infulcavit, nec acerbior inſexit oratio.

Sic de Davide, qui ſuam ſatis apertam facit manſuetudinem, cum ait Domino: *Memento Domine David, & omnis manſuetudinis eius.* At ſitne quiſquam cum illo comparandus in animi fortitudine, generoſoque pectore? Sic præclare ſanctus Auguſtinus in ejus persona Chriſtum & cunctos Chriſtianos demonſtrat manſuetudine ſuos omnes adverſarios debellare, & vincere: *David, inquit, interpretatur manu fortis, Erat enim magnus belliculator, præſumens quidem de Domino Deo ſuo. Conſecit bella omnia, proſtravit omnes inimicos ſuos, Deo ſe adjuvante, quemadmodum ſe habebat illius imperii diſpenſatio, præfigurans tamen*

fortem manu quendam ad debellandum inimicos, diabolum & angelos ejus. Hos autem inimicos Eccleſia debellat. Et quomodo debellat? Manſuetudine. Manſuetudine enim ipſe Rex noſter vicit & abolum. & vicit ille, Iſte ſufferebat. Vicit ille qui ſarvibat, vicit qui ſufferebat. In iſta manſuetudine Corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, vincit inimicos.

Hoc eſt igitur omni modo enitendum; Omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines; inquit Apoſtolus. Et acutè Sapiens, *Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos; & lingua Eucharis in bono homine abundat.* Ex interno quidem animi ſtatu lingua ſeu verba componuntur, ſed quādo vel commotus eſt animus, ſi dulce poſſit proferri verbum, quod certè poteſt cum gratia, valet vel plurimum ad ipſum animi ſtatum tranquillandum. Magis autem in noſtra poteſtate eſt linguæ uſus quā primus animi motus; unde qui linguæ temperandæ invigilat, ſibi toti ſervit; *Qui custodit os ſuum & linguam ſuam, inquit Sapiens, custodit ab anguſtiis animam ſuam.* Sanctus item Jacobus apertiſſimè, *ſi quis in verbo non offendit, perfectus eſt vir, poteſt etiam freno circumducere totum corpus; ſi autem equis frana in ora mittimus ad conſentendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. Ecce & narves cum magna ſint, & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo, ubi impetus divergentis voluerit; ita & lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat: id eſt, magnas excitat turbas. Operam detis, ut quieti ſitis.*

PRO EADEM FERIA QVADRAGESIMALI.

Ad Evangelium: *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scriba & Pharizai: omnia ergo quacunque dixerint vobis, ſervate & facite.* Matth. 23.

VERITATES PRACTICÆ.

Aut nulla, aut tota eſt Charitas in agendis, ſicut Fides in credendis.

In 2. parte, Feria 4. hebdomada 4. poſt Paſcha.

Qui rationes inquiri Obedientiæ, rationem quærit ſuæ inobedienciæ.

In 2. parte, Feria 4. hebdomada infra octavam Aſcenſionis.

Quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. In hac 2. parte, Sabbato hebdom. 4. poſt Paſcha.

SECUNDVM opera verò eorum, nolite facere: Dicunt enim & non faciunt. Alligant enim onera gravia, &c.

Si non facis quod doceris, quia, qui hoc docent, non faciunt; tam falſò te excuſas, quam verè illi à Domino accuſantur.

In 4.

In 4. parte, Feria 5. hebdomada 27. ubi de his expresse verbis Domini.

inferior est in Christi ordine.

OMNIA verò opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.

Gloriam Christi vertimus in ignominiam, si aliam à Christo quarimus gloriam.

In 3. parte, Feria 6. hebd. 2. Vide & quae iam supra relata est, de Iustitia coram hominibus facta. In eadem 3. parte, Sabbato hebdomada 5.

AMANT primos recubitus in canis, &c. Qui maior est vestrum, erit vester minister. Quò quis superior est in ordine hominum, eò

Aut è contra.

Quò quis inferior est in ordine hominum, eò superior est in Christi ordine.

In hac 2. parte, Feria 4. hebdomada 4. Quadragesima.

QUI autem se exaltaverit humiliabitur, &c. Qui se Christi exemplo non humiliat, exemplo daemones humiliabitur.

In hac 2. parte, Feria 4. Septuagesima. Vide autem in 4. parte, Dominica 16. congestas simul de hac materia Veritates.

FERIA QVARTA: PROCEDIT IESVS OBVIAM Suis inimicis, eosque prosternit.

Vt dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Ioan. 18.

VERITAS PRACTICA.

Qui supra mortem est, infra se videt omnia.

Id est.

QUISVIS paratus est mori, & pati sic sibi mortem, & adversa quaeque substernit, ut Christus Dominus.

RATIO est, quia tunc dicuntur adversa substerni vel subiti, quando illis superior animus nimè frangitur aut laeditur.

Sed quisquis est ad illa paratus, hunc animum superiorem, infractum & illa, sum habet.

Ergo & illa sibi substernit, ac proinde expedit maximopere unumquemque sic esse paratum.

I. PUNCTUM.

SIC sanctus Joannes inter alios Evangelistas, rei gestae seriem subjicit: Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à pontificibus & pharisaeis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia, quae ventura erant super se, processit, & dixit eis, Quae Haynesive Pars 2.

quaritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dixit eis, Ego sum, Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos, quem quaritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis quia ego sum: si ergo me quaritis, finite hos abire: ut impletur sermo, quem dixit, quia quos dedisti mihi non perdim ex eis quemquam.

Multa hic pie & fructuose expendi possent. Primum, quod illos interroget quorum venerint? aut quem quaerant? ut cum responderint se quaerere Iesum, tum Iesus se potius finat & permittat capi, quam se capiendum obiciat: Si enim peccaverunt in eo capiendum & male tractando, non inde est, quod Christus se dedit eis, sed quod ipsi ante, ut fatentur, eum perdendum quaesiverint: sic optimè sanctus Leo, Admisit in se impias manus furentium, quae dum proprio incumbunt scelere, famulatae sunt Redemptori. Deinde ut cum etiam sacrum nomen Iesu pronuntiarent, aut illum loquentem audirent, à meditato facinore deterrerentur, sicut olim ministri à Judaeis missi ad eum capiendum redierunt re infecta, dicent

Sermo 10.
de Pass.

P

cent

Dam. 7. centes : Nunquam locutus est homo sicut hic homo. quapropter statim atque audierunt eum loquentem abierunt retrorsum projecti in terram, ut hoc miraculo territi, & operante intus gratia erigerentur ad agnitionem sceleris & ad spem veniæ. Hic verò rursus aptif-

Serm. 2. da Pass. sime sanctus Leo ; Quid iam poteris maiestas eius indicatura, cuius hoc potuit humilitas indicanda ? Voluit etiam Christus Dominus ex eorum elicere ore hanc confessionem, quod quaerent Jesum, Id est Salvatorem, quo nomine requisitus diceret Ego sum, ego ille sum. Saluator, quem quaeritis, & qui propterea me vobis trado.

Denique sic generosè processit illis obviam, sicque eos potenter prostravit, ut nos doceret hanc illustrem Veritatem, Quod quisquis supra mortem est, infra se videt omnia.

Quisquis paratus est mori & pati sicut Christus, sic mortem & adversa quæque sicut ille, sibi substerneret & subjiciet. Quid enim est aliud inter adversa quævis infractio & illæso esse animo, nisi ipsa prostrata & nobis subjicere, ne illis subiiciamur ? Nam ut optimè

If. 43. notat sanctus Bernardus, sic dicitur mors devicta à Christo, non quidem ut cogatur non adesse, sed non obesse. Sicque Deus promittit suis, ut cum per ignes & alia pericula pertransibunt, se ita affuturum, ut non lædantur ; tamen enim comburantur, tamen dolent corpore, & moriantur, tamen quia eorum fides & animus minimè læditur, sic dicuntur superiores & victores : sicque omnes

Apo. 7. habent in cælo palmas ; quod victi corpore vicerint animo, & torti torquentibus fuerint fortiores, ut ait sanctus Cyprianus. Videndum enim est, qua de re agatur, ut iudicetur de victoria ; non hic autem agitur de robore corporis aut de bonorum conservatione, sed de constantia & fidelitate conservanda, quæ si in adversis retinetur, profectò adversa, Deo bene iuvante, subiiciuntur.

O admirandam Christi potentiam, qui non tantum in se sed in suis, adversantia quæque prostrat ! Illa illa potentia Christi, nostra est, si sicut ille, parati simus mori & pati. Ille, qui pro nobis mortem semel vixit, semper vincit in nobis.

II. PUNCTUM.

SED quisquis paratus est mori vel pati, hunc animum habet superiorem, infractum, & illæsum ad omni casu.

Quia videlicet nihil quidquam animum nostrum lædit, nisi quod animo repugnanti adversatur, licet enim sit ex se adversum & repugnans natura, si tamen animus hanc adversitatem & repugnantiam libens volensque suscipiat, non inde lædetur: sicut in voluntariis poenitentibus & mortificationibus quotidie accidit. Nihil est alicui poena, inquit sanctus Anselmus, nisi quod est contra voluntatem. Unde eleganter Salvianus, Nulli ut opinor beatiores sunt, quam qui ex scientia sua atque ex voto agunt: humiles sunt religiosi, hoc volunt: pauperes sunt pauperie delectantur: sine ambitu sunt, ambitionem & honorem respuunt: lugere gestiunt: infirmi sunt, infirmitate lætantur. Atqui paratus ad mortem animas & ad alia quævis sufferenda, sic ea volens lubentique suscipit, quando eveniunt, perinde ac si eligeret aut accresceret ; In eo enim est animi præparatio, ut quidquid evenire potest, expectet, sicut servus absentem expectat Dominum, dicente ipse Domino ; sunt lumbrici vestri præcincti, & lucerna ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, ut cum venerit & pulsaverit, confestim aperiant ei.

Venit enim, ut ait sanctus Gregorius, per agnitivis molestias & alia concomitantia incommoda, quæ paratus animus tam libens suscipit, quam verè ad illa est paratus.

Ignis, crux, bestia, & tota tormenta diaboli in me veniant, tantum Christo fruam; aiebat sanctus Ignatius Martyr. Hoc est esse paratum: & hoc est esse illæsum & infractum. Itane tu? Quid te terret? Quid te retardat?

III. PUNCTUM.

SIC ergo qui supra mortem est, infra se videt omnia. Et qui paratus est mori, & moriendo seu vivendo quælibet pati, tam verè dici potest substrata sibi habere, & subjecta quæcunque alios non ita paratos dejiciunt, quam verè ab illis non frangeretur nec læderetur ; Hoc expectabam, inquiet ; Et Deus in medio eius non commovebitur. Egregia est huius parati & illæsi

illæsi animi sub symbolo equi apud Jobum descriptio, & apud sanctum Gregorium interpretatio; *Exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pavorem, nec cedit gladio: ubi audierit buccinam, dicit Vah: procul odoratur bellum; exhortationem ducum & ululatum exercitus.*

Ex multis autem, quæ sanctus habet Gregorius, & quæ jam supra retulimus, hæc alia rutilum aptissima; *præliator Dei cum vim tentationis incumbere conspicit, utilitatem superæ dispensationis considerans, ex ipsa validius adversitate confidit: cuius adversitatis certamina idcirco illum non superant, quia nunquam improvisa tentant. Procul odoratur bellum, id est, sicut flatu navium, sic provisione cogitationum nequitias latentes indagare. De quo odoratu Dominus ecclē in ecclesia sua laudibus dicit: natus tuus sicut turris qua est in libano. Quid per nasū nisi sanctorum provida discretio designatur? turris verò speculationis in altum ponitur, ut hostis veniens longè videatur. Hinc Abacuc, super custodiam meam stabo.*

Atque hinc vide, quantum ista valeat animi præparatio, quam tanta utilitas sequitur, qualis est illa constantia & infractum robur. Quid utilius quam nihil perdere ubi omnes pereunt, imò & lucrari eò abundantius, quo detrimenta videntur graviora; cum enim superantur adversa, non modò iactura cavetur & perditio, sed lucrum & emolumentum tale comparatur, ut inde merita nobiliora confurgant. *Vincenti dabo manna absconditum & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novū scriptū, quod nemo scit nisi qui accipit.* Et verò ad hanc præparationem duo im-

primis juvant. Alterum, confidentia in Deo, à quo emanat illa fortitudo. *Ego ante te ibo, Is. 41. inquit, & gloriosos terra humiliabo. Tu verò illi: susceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus sperabo in eum.*

Alterum, discussio quædam difficultatū, & earum præcipuè, quæ solent magis terrere, nam mera phantasmata sunt & timores nocturni. Timemus sæpe humiliari, ubi major est exaltatio; aut licet humiliatio accideret, timeatur longè gravius malum quam vera sit, non tantum coram Deo, sed & coram hominibus. *Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Contra vero impetentis animus: Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus, ideo posui faciem meam ut petram durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul, quis est adversarius meus? accedat ad me. Ecce Dominus Deus auxiliator meus, quis est qui condemnet me? ecce omnes quasi vestimentum conterentur, timea comedet eos?*

Et tu hos timeres? tu hos ignavus fugeres, quos tibi sicut sibi Christus subiecit, si cum illo velis, quod cum ipso potes!

In Deo meo transgrediar murum. NON in me sed in Deo meo transgrediar murum, quem inter homines & cælestem Ierusalem peccata creverunt, ait S. Augustinus.

Vide supra in hac parte, Feria 3. hebdomadæ Sexagesimæ: & Feria 6. eiusdem, cuius est hæc Veritas:

Quantum obest adversitas improvisa, tantū prævisa prodest.

PRO EADEM FERIA QVADRAGESIMALI.

Ad Evangelium, de Matre filiorum Zebedæi. *Matth. 20.*

Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram, in regno tuo.

Sic petendus à Deo status, ut non quem quisque velit Deus donet; sed quem Deus donet, quisque velit.

In 4. parte, Feria 6. hebdomadæ 25. ubi expressè de hac materia.

Sicut à Domino querendum est officium, ita

in officio querendus est Dominus.

In hac 2. parte, ubi de statibus in fine, 3. Consideratione. Vide etiam in Festo S. Matthiæ 24. Februarii.

Nescitis, quid petatis.

Qui eminentior est in illa, quæ dicitur eminentens scientia, minus inter homines emine-
re cupit.

In hac 2. parte, Feria 3. hebdomadae Pentecostes.

POTESTIS bibere Calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei possimus.
Sicut possumus, sic debemus.

Id est.

Quâ ratione tenemus nos posse bibere Calicem Domini, eadem tenemur bibere.

In 3. parte, in festo S. Iacobi, 25. Iulii

Hic etiam apta est, quæ occurrit in proximè sequenti Feria. Vide & Dominicam 4. & consequentem hebdomadam.

NON sic inter vos, &c. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.

Quò quis est major, eò est humilior.
Se anteponit Christo, qui se omnibus non postponit.

Quàm benè de Christo humilis, tam malè meretur arrogans.

In 1. parte, Feria 6. Sabbato secunda hebdomada Adventus, & Dominica 3. sequenti.

Exemplo suo Christus D. nos magis urget quàm Imperio.

In 1. parte, die 13. Ianuarii. Quò & alia passim de Humilitate referri possunt.

FERIA QUINTA. GLADIO SE DEFENDI VETAT CHRISTUS, cum sit paratus bibere Calicem sibi à Patre datum.

DIXIT IESVS PETRO: mitte gladium tuum in vaginam: Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum: Ioan 18.

VERITAS PRACTICA.

Quo in cælis Corona Gloria sumetur vultu, hoc in terra Calix sumendus est.

RATIO EST, Quia medium ex divina ordinatione constitutum ad aliquem finem, tali vultu, seu tam libenter accipiendum est, quàm ipse finis.

Sed Calix iste nobis datus, tale medium est ad illam cælestem coronam.

Ergo tali vultu tamque libenter accipiendus est, quàm ipse locus in cælo destinatus, & Corona capiti nostro imponenda. Quod certè est rarum & plurimum dignum consideratione.

I. PUNCTUM.

Quos alii Evangelistæ non designant, Sanctus Ioannes aperte nominat, & eum, qui percussus, & qui percussus est;

sic enim ait; Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis servum, & abiecit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen servo, Malchus. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam, CALICEM QVEM DEDIT MIHI PATER, NON BIBAM ILLVM?

Est quidem Christi honor, si eum lædi vides, exemplo Petri defendendus, sed ordinatè, religiosè, non in contentione & emulatione. Huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, ait Apollolus. Nondum autem erat perfectus Petrus, inquit S. Ioannes Chrysostomus, postea verò, verberatus humiliter feret.

Et verò attentius considera, cur Christus Dominus Passionem & mortem suam vocat Calicem sibi à Patre datum, & quem propterea libentissimè bibit; Hoc erat scilicet in more positum apud Iudæos, ut in suis conviviis, qui esset inter omnes convivantes honoratior, partem cæteris & mensuram potionis sumens.

Ps. 115.
117. 25.

Mid. 49.

Matt. 20.

100. 4.

L. 2. 9. 8.

4. 2.

1. 6.

sumenda praescriberet & porrigeret; unde in proverbium abiit, ut quaecunque fors sive casus adveniens, diceretur Calix, quasi pars constituta & praescripta, Dominus pars hereditatis mea & calicis mei, ait Psalter. Quod frequentius usurpant scripturae in designandis adversis, quae a Deo unicuique eveniunt; Sic Propheta Ieremias, *Accepi calicem de manu Domini. Idemque paulo post: Ecce quibus non erat iudicium, ut biberent calicem, bibentes bibent.* Sic ergo Christus Dominus more vulgari loquens, vocat calicem sibi a Patre datum, quidquid passurus est, sicut & suis jam ante dixerat: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum.* Quia sic revera illud omne, quod erat passurus ita definitura & ordinatum erat a Patre, atque adeo ab ipso Christo, cujus erat una eademque cum Patre voluntas.

Atque illud est, quod spectabat maxime in toto vitae ac passionis decursu, quodque a nobis vel praecipue intelligi volebat, ut scilicet id omne, quod figuratum aut quoquo modo de se ordinatum esset, quam perfecte adimpleret; ideoque adimpleret, quia sic esset ordinatum. Hic erat eius cibus, hoc scilicet alimento nutrebat: *Ut faciam, inquit, voluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius.* Quod illustrissimum perfectionis exemplum quoties sese dabit occasio, singulari semper est observatione recolendum. Quam in rem plurimum facit Veritas hic proposita, si bene expendatur, sicut enim evidenter constat quanta jucunditate Locus ille beatitudinis a Deo nobis constitutus sit aliquando suscipiendus, si semel persuaderi possis tanta Calicem Domini, sive quemlibet Casum esse accipiendum, profecto erit, quo animus erigatur in adversis.

Sic autem facile demonstratur; Nam medium ad finem aliquem a Deo praedestinatum sic suscipiendum est, sicut ipse finis: Cum enim aliter nolit Deus illum finem nisi per tale medium, certe non potest desiderari finis, nisi simul acceptetur medium. Quod cum commune sit de quolibet fine, qui non aliter verè desideratur quam per sua certa media; quanto id magis verum de aeterna beatitudine divinoque cultu, ubi rerum summa vertitur in una Dei voluntate adimplenda, id est in mediis, ab ipso ordinatis? Quis nisi stultus salutem sibi polliceretur sine Fide, sine Charitate, sine Baptismo, & aliis constitutis mediis, sine qui-

bus nulla est salus: Nam ut ait sanctus Hilarius, *de nostro est beata aeternitas promerenda, in Matt. praestandumque est aliquid de proprio.* Quid potest autem esse aptius, quam quod ipse Deus ordinavit? sic enim ratum fixumque est, *Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.* An tu contra posses, vel auderes?

II. P U N C T U M.

SED calix iste seu quilibet casus adversus, tale medium est a Divina ordinatione praescriptum ad illam coronam seu ad illum locum beatitudinis obtinendum, & sic a Deo volitum sicut ipse locus beatus.

Sic enim particularim intelligendum est, quod universim affirmat Apostolus: *patientia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* Quo quidem nomine Voluntatis divinae tam necessarium intelligendus est Calix seu adversus casus, quam necessaria dicitur esse patientia, quae non est necessaria nisi ad ferendos casus adversos.

Et certè cum dictum fuerit adversitatem idcirco dici Calicem quasi mensuram, quia scilicet unicuique commensuratur & proportionatur: quælo te, a quo potest legitime commensurari & proportionari nisi ab eo, qui suum unicuique gradum gloriae & beatitudinis ordinavit? Nonne certo & determinato gradui gloriae, certa sunt determinata media? At verò cujus est, hæc determinare media nisi illius, qui certos determinavit gloriae gradus? *Quis novit sensum Domini, aut quis consiliarius eius?* **Q**UONIAM ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia; Id est, sicut ab ipso pendet danda corona gloriae, ita omnino dandus calix, ad illam gloriam promerendam; Ac proinde non est conquerendum & reluctandum in istis adversis casibus, quasi sint graviores & molestiores: nam ab illo sunt, qui coronam praedestinando, praedestinavit & adversitates, quibus corona fabricaretur; unde qui certamen detrectat, detrectat & coronam; *Non enim coronabitur nisi qui legitime certaverit, hoc est, quantum necesse est ad victoriam referendam.* *Ecce venio, ait, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Tremenda sanè verba.

III. PUNCTUM.

Quod igitur in caelis corona vultu, hoc in terris Calix sumendus est, & tam libenter accipiendus illo casus adversus, quam ille locus beatus; Nam idem ab eodem Deo est ordinatus; & cum in loco beato non tam locus quam ordinatio divina sit amanda, cumque hæc ordinatio æquè reperitur in calice quam in ipsa beatitudine, profectò sequitur æquè amandam esse, aut non amari talem beatitudinis locum & gradum propter Deum sic ordinantem, sed propter seipsum, quod est nefas cogitare de beatis & ad beatitudinem aspirantibus.

Iac. 1.

Beatus vir, inquit sanctus Iacobus, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ; quam repromisit Deus diligentibus se. Videtne probationem, quæ in fumendo libenter calice exhibetur, medium quoddam assignari ad coronam, & jam dici beatum qui suffert, quod ex illa sufferentiâ sit beandus seu beatificandus? Sic pluribus confirmari posset ex his, quæ habentur alibi de quadratis hic lapidibus ad supernam illam Ierusalem construendam. Sed sufficiat revoluere, quod piè simul & fusè Kempensis, Beatos omnes suo gloriæ gradu sive superiori, si-

ve infimo sic esse contentos, ut una Dei voluntate maximè sint contenti & beati, a deo ut si ordinem Deus vellet invertere, ut infimi essent superiores, & superiores infimi, æquè illi descenderent, atque isti ascenderent, quia æqua est omnium voluntas divinæ voluntati planè conformis. Unde cum duo Angeli nescientes voluntatem Dei de mansione aut reditu Judæorum Babylone degentium, simul concertarent pro populo suo, postea verò, cū illis est manifestata Dei voluntas, tam unanimiter acquieverunt, ut uterque habuerit, quod optabat, quorum omnium, inquit S. Gregorius, una victoria est, sui super se opificis voluntas summa, quam dum semper aspiciunt, quod utinam non valent, nunquam volunt.

L. 3. c. 18.

Dan. 10.

17. Mor. 1

Quid quod aiunt multi Sancti, si optionem haberent beatitudinis possidendæ aut Calicis accipiendi, se prælecturos Calicem, sive ob plura patiendâ propter Deum, sive ob majorem & diuturniorem conformitatem cum Christo, sive ut ipse aiebat, quia beatus est magis dare quam accipere; Nec aliud Deo gratius dare possumus, quam animum Christo patienti conformem. Sat longa est æternitas beatitudini possidendæ; at brevior est vita fumendo Calici & tolerandæ Cruci. Quid referatur rota hebdomadae Passionis. Vide & in festis de Inventione & Exaltatione Crucis.

Ad. 19.

PRO EADEM FERIA QVADRAGESIMALI.

Ad Evangelium, de divite Epulone, & de mendico Lazaro Luc. 16.

VERITAS PRACTICA.

Epulonis, eam pene omnes conlectantur.

Inter multas, quæ ex singulis historiæ partibus possent erui, videtur hæc ad populum præcipuè perurgenda, quæ quisque seriò, dum se in proposito videbit Exemplari, sibi prospiciat.

Ratio fundatur in his ad Divitem datis verbis; Recordare quia recepisti bona in vita tua: Hæc est eius fors, & hanc pene omnes conlectantur.

In 4. parte, Feria 6. hebdomada 24. ubi declaranda historiæ locus.

Quam derectantur omnes sortem Divitis

FERIA SEXTA.

SCRIPTURAS ADIMPLENDAS;

Verbo & exemplo docet Christus.

Quomodo ergo implebuntur scriptura, quia sic oportet fieri? Match. 26.

VERITAS

VERITAS PRACTICA.

Si propter Scripturas sunt adversa toleranda, sunt libenter toleranda.

RATIO EST, Quia idcirco propter scripturas dicuntur adversa toleranda, quod a scripturis commendentur, tanquam necessaria ad salutem, & quod oporteat scripturas adimplere. Sed non aliter scriptura commendant adversa toleranda, nec aliter adimplentur, quam si libenter aut patienter tolerantur. Ergo si propter scripturas sunt adversa toleranda, sunt libenter toleranda.

I. PUNCTUM.

Um pergit Christus Dominus cum Petro agere de cohibendo vindictae impetu, & de sua Passione minimè retardanda: Convertite, inquit, gladium tuum in locum suum, omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt: an putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum: Quomodo ergo implebuntur scripturae, quia sic oportet fieri? Ex quibus verbis, postrema haec de Scripturis adimplendis, plurimum faciunt ad scopum hujus hebdomadae, qui de comparanda generositate in occursum difficultatum praefixus est. Nam sicut de Christo, ita & de nobis scripturae dicunt esse patiendum, si verò, quod dicunt de Christo ita fuerit adimplendum, ut ne unus quidem apex aut jota defuerit, quanto magis, quod de nobis dicunt, illud omnino est consummandum: Et verò quod praecipua consideratione dignum est: Si propter scripturas sunt adversa toleranda, sunt libenter toleranda.

Cur enim propter scripturas tolerantur, nisi quia sic scribuntur & sic dicuntur necessaria esse ad salutem, ut oporteat vel scripturas solvi, vel salutem perire, vel certè pati? Audi ut loquuntur in utroque testamento: Hoc pro certo habet omnis, qui te colit, quod visa eius si in probatione fuerit, coronabitur. QUILA acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te. OMNES, qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transferunt fideles. QVEM diligit Dominus, corripit. IN igne probatur aurum & argenti: homines verò receptibiles in camino humiliationis. REGNUM caelorum vim patitur,

& violenti rapiunt illud. QVONIAM per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. ET omnes, qui pie volumus vivere in Christo 2. Tim. 3. Iesu, persecutionem patientur.

Propter haec itaque & sexcenta similia scripturae testimonia nemo non videt tam necessariò toleranda esse adversa, quam necessarium est scripturam non posse solvi, neque Deum mentiri. Non potest solvi scriptura, dicebat Christus Dominus, quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati. Nòne & credis sic de te scriptum esse, & te oportere pati?

II. PUNCTUM.

SED non aliter Scriptura commendant adversa toleranda, neque aliter adimplentur, quam si libenter & patienter tolerantur.

Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestra patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti integri in nullo deficientes. Sic cum Iacobo Paulus de te & nobis gloriamur, inquit, in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. Ubi advertite rationem manifestam, cur scripturae nò aliter proponant adversa toleranda quam patienter & libenter, quia scilicet ordinata sunt ad probationem sive ad exercitium virtutis & meriti; non esset autem virtus aut ratio ulla meriti, nisi ille esset volens lubensque animus; in hoc enim velut aurum in fornace, probi ab improbis discernuntur, quod probi libenter, alii non ita patientur: sicque ut ait Sapientissima Iudith, qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam & improprium murmurationis sua contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore & a serpentibus perierunt.

Longius abiret oratio, si quae sunt in scripturis similia recenserem; Unus sit instar omnium Apostolus; Nondum enim usque ad sanguinem restitistis adversus peccatù repugnantes, & oblitus estis consolationis, qua vobis tanquam filius loquitur dicens, fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris: quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. In disciplina perseverate, tanquam filius vobis offert se Deus, quis enim filius, quem non corripit Pater quod

2. Tim. 3. Iac. 1. Rom. 5. Iudith. 8. Hebr. 12. Prover. 3. Apoc. 3. Matt. 11.

quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filii estis. Opavenda verba! o amanda verè adversa, quo amore filius vult à patre amari, & amare patrem!

III. PUNCTUM.

SI propter Scripturas igitur sunt adversa toleranda, sunt libenter toleranda; cum non aliter commendentur, quàm ut libenter sufferantur, neque aliter Scripturæ impleantur, nisi id præcisè fiat, quod intendunt.

Vide autem rursum & admirare, quàm sint totæ Scripturæ in illa patientia seu lubenti tolerantia commendanda, cum dicat Apostolus *quacunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus*; quasi diceret, idcirco, quæ scripta sunt de adversis, sunt scripta, ut patienter illa feramus: seu potius, quæcunque scripta sunt in Sacris Bibliis

utriusque testamenti, sive in Genesi, sive in Exodo, in Levitico, in Numeris, in Deuteronomio: sive in libris Iosue, Iudicum, Regum, & aliis Historialibus; sive in Psalmis, in Proverbiis Salomonis, in Prophetis; sive in Evangelio, in Apostolorum Actis, & eorum Epistolis; quæcunque tandem in Sacris illis in Pagina scripta sunt, ed omnia tendunt, ut patientiam in adversis doceant, & inde consolationem in iis tolerandis hauriamus, quod ea sectemur, quæ tantopere nobis commendantur.

Certè una vox Dei, unum Christi exemplum sufficiebat ad id persuadendum, sed tam multa simul conglobata & cumulata sunt, ut magis erubesceres post tam multa, te vix adhuc moveri ad libenter patiendum. *Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, nisi libenter?* hoc te urge & preme stimulo, donec ex his esse possis quibus verè dicatur: *Libenter sufferitis in sapientes, cum sitis ipsi Sapientes.*

PRO EADEM FERIA QVADRAGESIMALI.

Ad Evangelium, de parabola vineæ locata malis Agricolis, qui petenti Domino fructum negarunt.

VERITATES PRACTICÆ.

Quod te imparatum magis reddit ad reddendum fructum, hoc te paratiorem debet reddere.

Quantò minus puniri timet Infructuosus, tanto jam magis punitus est.

In 3. parte, in fine, ubi de votorum Renovatione.

VEREBUNTUR filium meum. Matt. 21.

Cum sit iste omnis fructus, ut auferatur peccatum, non veretur filium Dei, qui peccare non veretur,

Quasi diceretur.

Is. 27.

Non veretur Filium Dei, qui negat illi fructum quem requirit. Sed qui peccare non veretur, negat illi fructum quem requirit; Cum ex propheta, iste sit omnis fructus, quem ab unoquoque requirit, ut auferatur

peccatum eius. Ergo non veretur Filium Dei, qui peccare non veretur; quidquid tandem præ se ferat pietatis.

In 4. parte, Feria 4. hebdomada 27.

Quò etiam revocari posset hæc Veritas,

Sic Deus dilexit mundum, ut sic mundus diligeret Deum, sicut dilectus est.

In 1. parte, Feria 1. hebdomada 1. in Adventu.

MALOS male perdet.

Malos quidem omnes perdet Deus, sed non male omnes, nisi qui bene perdi nolint.

Tam portò bonum est malis, bene perdi, quàm male perdi malum est.

In 4. parte, supra dicta Feria 4. hebdomada 27. ubi & hac eodem spectans habetur.

Tam facile est malis, in aliena se persona nosse, quàm in sua difficile.

SABBA-

S A B B A T O.

SINIT SE CHRISTVS CAPI

Et ligari.

Cohors autem & tribunus & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & ligaverunt eum.
Ioan. 18.

VERITAS PRACTICA,

Sicut ex necessitate virtus, ita ex virtute necessitas.

SENSVS & RATIO est, quia idcirco ex necessitate fit virtus, ne alioquin frustra & sine merito patiaris.

Sed nisi ex virtute fiat necessitas, sic frustra & sine merito patieris.

Ergo sicut ex necessitate virtus, ita ex virtute necessitas, prout in discurſu declaratur.

I. PUNCTUM.

Mirum sane, quod cum ita prostrati essent Iudaei a Christo Domino, ut vivimus, aut fuerint postea dum resurgendi potestatem habuerunt, in eum involare, eum comprehendere, & ligare ut latronem, atque infandis modis dirixare! Nonne ex illa sua prostratione debuerant revereri eum, cuius potestatem ita experiebantur ut nisi eo permittente se movere non possent? At ecce inde ferociores resurgunt, & quasi eos puderet sui casus, seu quasi acceptam injuriam ulcisci vellent, eo acrius in eum insiliunt, quod se ab eo dolent primo per diutius revocatos. Sic videlicet abutuntur homines gratis; sic retribuunt mala pro bonis, & odium pro dilectione.

108.

Interea vero dum sic ligatur Christus, Discipuli omnes eo relicto fugiunt: solus ille agnus inter lupos relinquitur, qui mansuetudinem ejus, infirmitatem interpretantes, tantum in eum audent, quantum illis permittit; tantum eis autem permittit, quantum humana non tantum rabie sed & diabolico furore acti deservire possunt; Tanquam ad latronem, inquit illis, existis cum gladiis & fistibus com-

Mat. 26.

Luc. 22.

Hayne usve Pars 2.

prehendere me: cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me; sed haec est hora vestra & potestas tenebrarum. Quasi diceret, non me ligaretis, nisi me ligari liberè vellem: sic autem liberè volo, quia haec est hora patiendi, in qua liber in vinculis, & in libertate victus esse volo.

Admirandum certè exemplum, quo discernimus, sicut ex necessitate virtutem, sic ex virtute necessitatem facere. Quemadmodum enim Christus in vinculis erat liber, ita liberi sumus oportet, ut de necessitate fiat virtus. Et quemadmodum ille in libertate fuit victus & ligatus, ita nos ei quadammodo erimus similes, quando ex virtute fiet necessitas. Quod quomodo fiat, nunc est considerandū attentius. Et quia major esse potest difficultas intelligendi, quomodo ex virtute fiat necessitas, quam quomodo ex necessitate virtus: idcirco unum ex alio deduci debet, & ex faciliiori difficilius explanandum.

Age ergo, quid est, quod ex necessitate virtus fiat? Quando videlicet aliquid accidit contrarium & repugnans, non ex electione nostra, sed vel ex Divina Providentia, vel ex obligatione tui status, vel ex superiorum ordinatione, vel denique ex qualicumque necessitate, cui vel repugnare nefas sit, vel impossibile, vel difficillimum; Tunc si liberè & voluntariè talem casum acceperimus, & quidquid in eo abstinendum, vel sustinendum est, non minus generosè fiat, & cum ea virtute, quæ tunc requiritur, quam si ex electione nostra esset: tunc dicetur ex necessitate fieri virtus, propter liberam illam acceptionem. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.

Quod verò sic semper ex necessitate virtus fit facienda, hæc imprimis suadet ratio, quod cum

Q

cum alioquin, velis nolis, talis sit sufferenda necessitas, certè id longè satius est velle, tum propter tranquillitatem animi, quæ inde comparatur, tum ne frustra patiaris & sine merito. Si enim temporalium aliquam jacturam doles, nonne id magis dolendum, te in illa temporalis jactura, jacturam facere spiritualis & æterni boni, quod consequi possis si velis? si posses ita redimere illam necessitatem, ut nihil temporale ex ea tibi periret, nonne id velles? At ecce majus aliquid tibi offertur occasio virtutis exercendæ: sic enim fiet, ut accedente spirituali emolumento reparetur in melius damnum illud temporale, quod accidit. Oportunda fuisset & conquirenda talis occasio tanti boni spiritualis promerendi; at quanto magis acceptanda cum se se offert? Nihilne meriti apud Deum pro salute tua tibi vis comparare? At quando nam opportunius, quam quando minor est impensa & majus meritum? Hoc autem utrumque hic accidit, nam nihil à te petitur, nisi voluntaria damni temporalis, si quod acciderit, acceptatio: quid facilius? Meritum autem inde proveniens majus est, quam si ex sola tua electione & non ex necessitate virtus procederet.

Sic dilertè sanctus Ioannes Chrysostomus: *Rom. 25. ad pop.* *si jacturam audientes non tumultuemur, sed dicamus, benedictus Deus, multo plures divitias invenimus: non enim tantum lucrabitur, in pauperes divitias distribuens. Et circumiens ut egenos inveniat, quantum ipse per hoc verbum lucrifaciet, unde & Iob magis miror; Et quæ plura de hoc habet. Quæ cum ita sint ex communi cæterorum Patrum sententia, quis nisi stultus oblatam tam bene merendi occasionem non accipiat? cum alioquin ut dictum est, velit nolit sit passurus sine ullo merito, nisi velit libenter pati: imò & cum demerito & poena conatente, si murmuret, si indignetur aut aliter impatientiam suam prodatur, quod egre proclive est, nisi tunc animum ad patientiam aut aliam virtutem obstrinet cum gratia. Hinc illa sunt divina Sapientis Monita: *1. Cor. 13.* *Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiã suam. Et rursum: Qui impatiens est, sustinebit damnum: & cum rapuerit, aliud apponet.* Id est, si per impatientiam aliqua se damni parte putat eripere, sese in illud aut gravius damnum per ipsum sumer impatientiæ vitium conficit.*

II. PUNCTUM.

Sed nisi ex virtute fiat necessitas, sic privaberis multo merito: sic frustra multum patieris.

Dicitur ex virtute fieri necessitas, quando talis occasio virtutis exercendæ adest, qualem jam diximus oriri ex illis diversis casibus, in quibus necessariò est patiedum: tunc enim sicut ex necessitate fit virtus, quia necessitas in virtutem vertitur: sic ex virtute fiet necessitas, quado sic semper illa Virtus exercebitur quasi necessariò illam deberes exercere, quasi non esses liber ad ejus actum & exercitium: quasi esset præceptum, quasi esset necessaria obligatio, sicut esse concipitur in evitando peccato. *Bonum emulamini in bono semper,* inquit *Galat. 4.* *Apostolus: Cur porro ita semper? Quia videlicet si non ita semper & constanter in id evigiles, sæpe deficies, sæpe Virtus deerit, & ex consequenti meritum virtuti annexum; ac proinde sic multo privaberis merito, si multum frustra patieris. *Tanta passi estis sine causa: Ibid. 3.* *si tamen sine causa!* Sic deplorabat Apostolus, quasi diceret, tunc sine causa patimini cum sine merito, sed tamen non sine causa, quia tunc erat causa meriti, si virtutem exercere voluissetis: & hæc erat causa virtutis semper exercendæ, ne sine merito vos unquam patere remini, juxta illud, *Electi mei non laborabunt 1. Cor. 15.* frustra.*

Non ita quidem semper obligamur ad bonum faciendum, sicut ad malum evitandum: quia non omne genus boni debemus aut possumus facere, sicut omne genus mali debemus & possumus cum Dei gratia evitare: sed tamen hoc sensu semper obligamur ad bonum, quatenus semper tenemur bene, quod facimus, facere, unde sicut nõ debemus otiosi sed semper aliquid agere, ita bene semper agere; cum alioquin nisi bene illud ageretur, quod ageres, vel otiosum esset, vel malum: sicque merito tuæ actionis privareris, si esset otiosa, vel poenara incurres, si mala esset. Quamobrem rectè inferebat Apostolus, *Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino.* *1. Cor. 15.*

III. PUN-

III. PUNCTUM.

Sicut ergo ex necessitate Virtus, ita ex Virtute Necessitas; Cum non aliter efficacius persuadeatur ex necessitate virtus exercenda, quam ne alioquin Deo gloria, & tibi meritum pereat; periret autem sepius, nisi ex virtute esset necessitas, quo sensu dictum est; ac proinde utrumque ex æquo est amplectendum. *Necessitate subditi estote*, inquit Apostolus, *non solum propter iram, sed etiam propter Conscientiam*, Id est, non solum propter metum alicujus impendentis pœnæ, quæ non semper vobis impendet, nec proinde vos semper urget ad virtutem: sed propter ipsam, quæ in vobis est, conscientiam, & quæ vos semper sollicitos ac paratos habet ad omne opus bonum, sicque bonum facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes.

Itane te sentis premi ad bonum? Itane te finis urgeri ad virtutem ex his quibuscunque casibus, qui tibi vel invito accidunt semper exercendam? Quam sæpe deficiis, quam parum proficis, quam perperam omnia capis, volendo, quod non habes, & nolendo, quod offertur. Audi Epictetum, audi hominem Ethnicum: *Ne postules ea, quæ sunt, ita fieri ut in Enchie. tu vis: sed si sapias, ita velis fieri ut sunt, sic omnia secunda tibi accident.* Nihil iste de Deo, nihil de Cælo & Virtutis merito loquitur, & tamen ita loquitur; Tu verò qui credis Deum præsidere istis omnibus adversis casibus; tu qui probè scis Cælo repositam esse virtutis mercedem; & qui tandem non ignoras, quantum cælestia sint humanis præferenda: tu nec tamen ut Ethnicus sapias & vivis! Ah qualis injuria Christo! quale probrum Christiano!

Adverte diligentius: & omne, quod tibi applicatum fuerit, accipe & in dolore sustine. Eccles. 2.

PRO EADEM FERIA QVADRAGESIMALI.

Ad Evangelium de filio prodigo. Luc. 15.

Quæ multa possent inde produci Veritates, ad hanc potissimum referuntur.

Qui se à Christo subducit, ut fœlicius vivat,

vivit miserius ipso misero prodigo.

In 4. parte, Feria 5. hebdomada 24. Vbi de libertate & servitute Christi: necnon expressè de hac parabola.

Q 2

DOMI-